

exercentibus tyrannidem: his autem tantum ostendere quemadmodum inimici illorum exterminabantur. Venim cum superuenit illis seorsum bestiarum uariis modis puerorum volubrum exterminabantur. Sed non in perpetuum permansit uirtus: sed ad correptionem in breui turbati sunt: signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis.

Qui enim conuersus est non per hoc quod uidebat sanabatur: sed per te omnium omnium saluatorem. Et in hoc autem ostendit inimicis nostris: quia tu es qui liberis ab omni malo. Illos autem locustarum et muscarum occiderunt morsus et non est inuenta sanitas anime illorum: quia digni erant ab huiusmodi exterminari. filios autem tuos nec draconum uenenatorum uicerunt dentes. Misericordia autem tua adueniens sanabat illos. In memoria enim sermonum tuorum exanimabantur et saluabantur: ne in altum uiderent obliuionem non possent uti ad uitio. Peni neque herba neque malagma sanauit illos: sed tuus domine sermo qui sanat omnia. Tu es domine qui uitae et mortis habes potestatem: et deducis ad portas mortis et reducis. Homo autem occidit quidem per malitiam animam suam: et cum exierit spiritus non reuertitur: nec reuocabit animam que recepta est: sed tuam manum effugere impossibile est.

Degant enim nosse te in partem per fortitudinem brachii tui flagellati sunt. Nonis aquilae et grandaebus: et pluuiis persecutionem passi sunt: et per ignem consummati. Quod enim mirabile erit in aqua que omnia extinguit plus ignis ualebat. Videret enim oculus tuus. Quodam enim

mansuetabatur ignis ne comburerentur que ad inproos nulla erant animalia. sed ut ipsi uidentes scirent quoniam dei iudicio paciuntur persecutionem. Et quodam tempore in aqua super uirtute ignis ardebat undique: ut iniqua terrenationem exterminaret. pro quibus anglos esca nutriti populi tuum. Et paruum panem de celo prestastis eis sine labore: omne delectamentum in se habentem. et omnis saporis suauitatem. Substantiam enim tuam. et dulcedinem tuam quam in filios habes estendebas: et deseruens unus cuiusque uoluntati ad quod quis uolebat conuertebat. Nix autem et glacies sustinebant uirtutem ignis. et non tabescebant: ut scirent quantum fructus inimicorum exterminabat ignis ardens. in grandine et pluuia conficiant. Hic autem iterum et nutriti uirtute etiam suauitatis oblitus est. Creatura enim tibi facti deseruens. exandescit in tormentum aduersus multos. et lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. Propter hoc et tunc in omnia transfigurata omnium nutriti gratie tue deseruebat ad uoluntatem horum qui te desiderabant. ut scirent filii tui quos diligisti dominum. quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines. sed sermo tuus hos qui in te crediderunt conseruat. Quod enim ab igne non poterat exterminari: statim ab exiguo radio solis cale factum tabescebat. ut notum omnibus esset. quoniam oportet preuenire solem ad benedictionem tuam: et ad orientem tuum adorare. Iniqui enim fides tanquam liber natis glacies tabescit. et disperret tanquam aqua super uacua. Magna enim sunt iudicia tua domine et inenarrabilia uerba tua. propter hoc in disciplina anime errauerunt. Dum in hinc iniqui posse dominum

